



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 6. Archiepiscopi Cyprii consilia de occupando Regno

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. das pulsat aures, Mocenigo eidem in re
A.C. 1473. sponsis dante, Cypri regnum jure belli
 Catharinæ Jacobi viduæ & proli, quam
 eniteretur, vindicatum fuisse, proin a
 Venetis alium hæredem præter eos a-
 gnosci non posse. Quare Carlotta omni-
 spe dejecta, juri suo insistere desitit.
 Ceterum paulo post Catharina filium
 peperit, qui nomen Patris sui adeptus,
 altero ætatis suæ mense coronatus est.

§. VI.

*Archiepiscopi Cypri confilia de occu-
 pando Regno.*

*Stephan.
 Lusignan.
 hist. Cypr.*

Verum adversus Catharinam hostis
 longe magis potens, quam Carolina
 erat, insurgebat; Archiepiscopus enim
 Cypri, natione Catalanus, tum Oratoris
 munere apud Ferdinandum Neapolis
 Regem functus, vix comperta Jacobimor-
 te, ad occupandam Cypri Insulam se-
 rio animum adjiciebat, ope fretus Cata-
 lanorum, qui multas arces in regno oc-
 cupabant. Ut autem res melius ac fe-
 licius succederet, Ferdinandum induce-
 bat, ut ejus filium spurium cum Caro-
 lina itidem spuria Jacobi filia matrimonio
 jungi permitteret: inito igitur connubiali
 foedere ipsus cum alio Regis Neapolita-
 ni Oratore in Cyprum profectus est: eo
 appulsus, Catharinæ Patrum, & alium
 ejus-

ejusdem consobrinum sicaria manu tru- Sæcul. XV.
cidari jubet; Jacobi vero filiam sex an- A. C. 1473.
norum puellam Ferdinandi Filio despon-
det, eique Principis Galilæi titulum tri-
buit, pro more Cyprorum, qui cum eo-
rum Principem Regni Hierosolymitani
Regem fuisse crederent, Cypriæ coronæ
hæredem nomine Galilæi Principis ho-
norabant. Post hæc ambo hi conjurati
occupatis urbibus, cunctisque munitissi-
mis Insulæ arcibus, totum Regni impe-
rium sibi arrogabant; Catharinam vero
Reginam compellere nitebantur, ut ad
Venetos perscriberet, quod sibi pleno
cum filio suo disponendi libertas coim-
peteret; ejus vero Patruus nonnisi ob im-
modicam ambitionem suam, sordidam-
que avaritiam a militibus cæsus fuisset.
Verum Regina nefario horum consilio
non aquiescebat.

§. VII.

Cessio Cypri in favorem Sabaudiæ Ducis facta.

Carolina legitima Cypri Regina, cum
omni spe recuperandi regni sese de-
jectam cerneret, coram summo Pontifice,
atque Cardinalibus solemniter omne
jus ad Regnum suum transtulit in Ama-
dæum IX. Sabaudiæ Ducem Ludovici
fui Mariti fratrem: ipsa vero reliquos
F f 5 vitæ